

10. Omni obedientia p. tribus ac magistris tibi A  
propositis te subiecias.

11. Inobedientium ac irreligiosorum consuetudi-  
nem devites.

12. Tempus bene coloces, ac com fenore re-  
deas.

Ora pro me.

F. Bernardus abbas sancti Galli.

### TABULA INSIGNIORUM MANSIONUM MONASTERII S. GALLI.

Exstat in bibliotheca sancti Galli tabula quedam seu (ut vocant) mappa sane perquam vetusta et ampla ex pergamento ad Gozbertum abbatem, in qua etiam totum monasterium secundum omnes etiam abjectissimas officinas descriptum est (ut quidem ego colligo ex eo quod ibi appellat auctor Gozbertum filium) ab episcopo aliquo, qui fuerit vel monachus, vel studiosus, vel certe alias demum

monachis et monasterio familiaris. Eam tabulam index quidam centenarius nominat sancti Martini monasterii, ex eo, ut arbitror, quod aliquid in tergo ipsius est de Vita sancti Martini, sed ut ex titulis et situ manifestum est, non est, nisi sancti Galli monasterii, prout fuit Gozberti temporibus monasterium. Epigraphen insigniorum mansionum sic auctor carminice dicit. CAN.

#### Oratorium sancti Petri.

Hic Petrus Ecclesie pastor sortitur honorem.

Disticha vii columnarum que sunt in externa parte summi templi, quod habet in longum pedes cc, in latum autem xl, quoad interiorum sui partem.

Bissenos metire pedes interque columnas,

Ordine quas isto constituisse deest.

#### Baptisterium.

Ecce renascentes suscepat Christus alumnos.

Altare sancti Salvatoris. Ad crucem.

Cruz, via, vita, salus, miserieque redemptio mundi.

#### Analogium Evangelii.

Hic evangelicæ recitatur lectio pacis.

Super cryptam sancti Columbani, altare sanctorum Marie et Galli, in quo est sarcophagus sancti Galli.

Sancta super Cryptam sanctorum structa nitebunt.

#### A tergo altaris.

Hic Pauli dignos magni celebramus honores.

#### Extra templum, ad Orientem.

Hic sed domatibus paradisi plana parantur.

#### Ad Occidentem.

Hic paradisi acum sed tecto sternito campum.

In eodem campo disticha vii columnarum.

Has interque pedes denos moderare columnas.

#### Murus.

Hic muro tectum impositum patet, atque columnis.

#### Porta in muro.

Adveniens aditum populus hic cunctus habebit.

#### Via ad portam.

Omnibus ad sacrum turbis patet hæc via templum,

Quo sua vota ferant. Unde bilares redeant.

#### Ad Australem viam plagam, ovile.

Hic caulas ovium caute dispone tuarum.

#### Cubile famulorum.

Hic requiem inveniatur famulorum turba vicissim.

#### Stabulum caprarum.

Ista domus cunctas nutrit, servatque capellas.

#### Stabulum suum.

Iste suus locus enutrit, custodit adultas

#### Stabulum armentorum.

Hic armenta tibi læ fetus atque ministrant.

<sup>a</sup> Innuit dormitorium subtus habens calefactoria ejusdem domus. CAN.

#### B

#### Domus equarum.

Hic fetus servabis equas, tenerosque caballos.

Hæc omnia eis viana versus Orientem magis.

Ibidem porta famulorum ad templum.

Tota monasterio famulantium hic turba subintrat.

#### Stabulum bovum et equorum.

Ista bubus conservandis domus atque caballis.

#### Hospitium peregrinorum et pauperum.

Hic peregrinorum lætatur turba recepta.

#### Alibi.

Hic habeat fratrum semper sua vota minister.

#### Porticus ante ecclesiam.

Hic pia consilium pertractet turba salubre.

Porticus <sup>a</sup> ante domum stet hæc fornace calentem.

Hæc domui adsistit cunctis qua porgitur esca.

C Illic porticini potus quoque cella cohæret.

Officinæ variorum artificum ad meridiem.

Hæc sub se teneat fratrum qui tegmina curat.

#### Ibidem horreum.

Frugibus hic instat cunctis labor excutiendis.

Item adhuc ad Orientem magis.

Cæmeterium fratrum, cujus in mediotulio cruz.

Inter ligna soli hæc semper sanctissima cruz est,

In qua perpetuæ ponia salutis olent.

Hanc circum lateant defuncta cadavera fratrum,

Qua radiante iterum regna Poli accipiunt.

#### Paulo exterius, hortus.

Hic plantata olerum pulchre nascentia vernant.

D Pullorum hic cura, et perpes nutritio constat.

#### Anserum locus.

Anseribus locus hic pariter manet aptus alendis.

Ad orientem templi. Domus novitiorum.

Hoc claustro oblatis pulsantibus associantur.

Ibidem versus meridiem, infirmarium <sup>b</sup>.

Fratribus infirmis pariter locus iste paratur.

Est etiam aliud infirmarium pro valde ægrotis, alibi, ad lævam templi seu Aquilonem.

Sæpius in gyrum ductis sic cingitur aula.

Ibi est bibliotheca. Mansio abbatis, etc., schola cum horto suo.

Hæc quoque septa præmunt discentis vota juventæ.

<sup>b</sup> Aliis valetudinarium; Scriver. not. ms. in CAN.

*Ibidem, sed magis ad templum, est susceptio fratrum  
supervenientium : magis ad occidentem est hospitium  
aliud.*

*Hæc domus hospitibus parata est quoque suscipiendis.*

*Ibidem ad ipsum templum est ingressus hospitum et  
juventutis.*

Exiit hic hospes, vel templi tecta subihit,  
Discentis scholæ pulchra juvenuta simul.

Grimaldo abbati, inquit Jodocus Metzlerus, pri-  
mam exstructa abbatia est, quæ jam dicitur *die Pfaltz*.  
Eam scribit Eckerhardus et alii elegantissimis tunc  
fuisse picturis ornata, quas quidem picturas fecer-  
unt divitis Augiæ monachi fratres nostri, et a no-  
stris S. Galli Patribus hi qui sequuntur versus dictati,  
et infra picturas illas scripti sunt. Qui dum jam cum  
ipsa pictura inciperent ob antiquitatem suam aboleri  
a Patribus nostris Notkero physico, et aliis descripti,  
suisque ipsorum libris commendati sunt (*Hæc Metz-  
lerus*).

*In pariete.*

Splendida marmoreis ornata est aula columnis :  
En Grimwaldus ovans alto fundamine struxit,  
Ornavit, coluit, Ludovici principis almi  
Temporibus, multis lætus feliciter annis.

*In alio pariete.*

Aula palatinis perfecta est ista magistris,  
Insula pictores tramiserunt Augia claros.

*Templum sancti Othmari pingi fecit Harmotus abbas,  
atque in pariete uno pingebatur Sapiaentia, cum hoc  
Patrum elogio.*

O generosa parens, cunctis gratissima doctis,  
O decus imperii, rectrix dignissima mundi,  
Soleque splendidior, fulvo pretiosior auro,  
Quam præclara nites toto, Sapientia, mundo.  
Aspice quam pulchro decorata est ordine mater  
Natarum, clare dives Sapientia fulgens.

*In pariete altero septem sapientes.*

Continet hic paries veterum monumenta sophorum,  
Claro qui totum docuerunt tramite mundum.

*In alia parte turba beatorum Deo assistentium.*

Agmina sanctorum laudantia voce serena  
Aute thronum Domini sistunt per sæcula cuncta.

*In pariete super ostium.*

Hic Deus est præsens puro poscentibus ore,  
Dans miseris veniam, contritis corde medelam.

*Strabi Galli monachi Fuld., discipuli Rabani, dedica-  
toria hortuli sui, ad Grimaldum abbatem.*

Hæc tibi servitii munuscula vilia parvi  
Strabo tuus, Grimalde Pater doctissime, servus,  
Pectore devoto, nullius ponderis offert.  
Ut cum conceptu viridis cederis horti,  
Subter opacatas frondenti germine malas,  
Persiens imparibus crines ubi dividit umbris,  
Dum tibi cana legunt tenera lanugine mala  
Ludentes pueri, schola lætabunda tuorum,  
Atque volis ingentia mala capacibus indunt,  
Grandia conantes includere corpora palmis,  
Quo moneare habeas nostri, Pater alme, laboris,  
Dum relegis, quæ dedo volens, interque legendum,

A Ut vitiosa seces deponco, placentia firmes.

Te Deus æterna faciat virtute virentem  
Immarcescibilis palmam contingere vitæ,  
Hoc Pater, hoc Natus, hoc Spiritus annuat almus.

*Ymmoni fratri, postea abbati, Eckerhardus; de lege  
dictamen ornandi.*

Dictamen verbis assuesce polire superbis,  
Quæ sibi cognata, pare fonteque sint generata  
Pro binis geminos, pro pulchris pone serenos,  
Pro pulchris lætos, pro lætis corde quietos.  
Pro justo, gemmam; pro nobile, sit tibi stemma,  
Da viti gemmas, botros tibi dicitio mamas.

B Qui pulcher visus locus, effice sit paradisi.

Deliciis plenus locus appelleretur amœnus.

Sic etiam prata, silvæ, pomeria, strata,  
Hortus et hic rivo propior, fonti quoque vivo.

Verbaque cognata sociabis et ante locata,  
Theutonicos mores caveas, nova nullaque ponas.

Donati puras semper memorare figuras,  
Rem pulchram non semper dic speciosam.

Sit sale conditum, quidquid dicendo caputum.

Florida vernabunt; fabri et arte pollita micabunt.

Pulchra quidem mulier formosa sit, et speciosa.

Aurum sit purum, sit mundum, sit rubicundum.

His quoque Germana tamen haud poterunt fore vana,

Quærenti verbi florum splendore superba,

Si teneant puram, non degeneremque figuram.

C Sit cibus et potus noster saturatio totus,  
Simplex est prorsus, sed currit commode versus.

Sit fomes vitæ cibus hic, nectarque cupitæ,

Iste figuratus facundior et magis gratus.

SimPLICITAS pura, generosior ergo figura.

Neutra spernenda propriisque locis retinenda.

Arte loqui imbutos imitare sapore locutos.

Ore diertorum rape tu quodcunque decorum.

*Item alias eidem aliqua.*

Cur genium fratris, valeas, flos splendide matris,

Tecum in floretis liceat mihi ludere lætis,

Quæ cruce reclusus vernans fundit paradisi,

Sidera per meritum cor, Elysiouque petitum.

Te spes atque fides solident, quæ major et his est.

C Si tibi per trinum sit pax, sit vita per unum,

Cum quo ridebis, specie sed quando videbis

Ipsum perfecte, trahe me tecum, prece macte,

Quem nimis optamus, facie simul ut videamus.

*In notam capituli versus antiqui.*

Præceptor fratres hoc signo convocat omnes,

Exemplo Domini cum lavat unda pedes.

Nec non consilium constat si forte gerendum,

Hoc moniti signo conveniunt subito.

Laudibus et noctis interdum rite peractis,

Captamus somnum, si dederit sonitum.

Cœ erit at radiis Phœbus conspergere lucem,

Hoc resonante sopor ocuis omnis abit.

*In Codice Vitæ sanctorum Galli, Oth. et Wib., quem A Herimannus (ut autumo) abbas, vel per se, vel per alium, multo cum auro paravit, habentur hi versus.*

Servum, Galle, tuum libri decus hoc Herimannum  
Divite cum voto tibi perfecisse memento.

*In calce Codicis, sed alia manu sunt sequentes.*

Galle, tuos famulos magna pietate reserva.

Turpia verba loqui dominabus, turpia clero,

In laico signum perditionis erit.

Dat probitas speciem, sed non species prohibitam,

Qui probitate caret, nil sibi forma valet.

Omnia naturæ præpostera legibus ibunt,

Floribus et linguis quod tam mirabile signum.

*In Thesauro Ecclesiæ sunt duo cornua ex ebore miræ magnitudinis, olim argento, gemmis, et auro decorata. Ex quibus unum hi versiculi sunt incisii.*

Munus<sup>a</sup> Burchardi Patris hoc servetur honori.

Auferat hoc ullus, huic non sit portio Gallus.

*Et alteri.*

Northbertus donum dedit hoc tibi, Galle, decorum,  
Huic ob mercedem, paradisum da fore sedem.

In quodam vetustissimo opere biblico, quod pinxerat Marcellus monachus, et Gisalbertus subdiaconus, est sermo ad clericos, proverbia, etc., heroico versu, cujus tamen sint, nescio. In eodem biblicorum armario habes itidem heroico versu varios variorum biblicorum partium inscriptione Hartmuti abbatis. In antiquissimo item codice, ubi pictus est Hæckerus, supersunt hi versiculi :

Auferat hunc librum nullus hinc omne per ævum  
Cum Gallo partem quisquis habere cupit.

*Et infra :*

Istic perdurans liber hic consistat in ævum,

Præmia patranti sint ut in arce poli.

*Olim in quodam clinodio templi hi erant versus :*

Tertius hæc *kyrie* Salomon dat dona Mariæ.

*Et*

Tertius hæc almo Salomon dat munera Gallo.

*Cui subjunxit ex Patribus quidam :*

Tantis pro donis sit pax animæ Salomonis.

*Rex Carolus per eundem Salomonem capsam aliam reliquiarum misit, cui inscripti erant isti :*

En crucis atque piæ cum sanctis capsam Mariæ,

Hæc Carolus summam delegit habere capellam.

<sup>a</sup> Burchardus, cognomine Ingenitus, quod ex utero matris excisus, et arvinæ porci, ubi incutesceret, inclusus, Alnus Ulrici comitis de Linagols, Buochorn, et Monte forti, Wendelgardæ comitissæ de Buochorn, Henrici A cupis ex sorore Hedwige pronepos, anno 950, creatur abbas sancti Galli. Imperatori Ottoni Magno ita charus fuit, ut eum filium appellaret. Scripsit Ottoni epistolam pro confirmando Notkero, quem propter disciplinæ severitatem, piperis granum vocabant, in hæc verba : *Summa post Deum Majestatis dominis meis, Burchard abbas semivivus, annis meis et senio finem mihi vite in januis habentibus; ne pastos oves, patris filios improvisos relinquam, domini mei, privilegium gratiæ vestræ me sollicitavit. Misi itaque vobis, fiduciam vestri habens, dilectum meum, mihi adhuc vivo sufficiens, a viris virtutum optimis moribus assuefactum, sancto Gallo, ut confido, vobisque placitum. Misi autem vobis et testes meos ter tres idoneos.*

*In opus quoddam sancti Augustini.*

Bissenos magni doctoris in ordine libros  
Augustini in hoc corpore, lector, habes.

Cum quibus invictum stabili fundamine castrum

Construit, et sanctos sanctus in arce locat.

*Item in ejus ipsius volumine de decem chordis sic :*

Exsuperat auri pretium seu topaziorum

Hic Augustinus quod parat Aurelius.

Tange decem chordas; Domino tres<sup>b</sup> tange sonoras.

Septem dilecto discrimina tange propinquo.

*In aliud sic :*

Hunc librum Gallo Notker patravit et anno.

*In opus Ambrosii.*

Nectaris Ambrosii redolentia carpito mella.

*In Ambro.*

**B** Hanc partem Gallo patrat Vodalricus et Utto.

*In Bedam.*

Quam clari abbates Gozpertus et Ymmo operantes.

*Alibi leguntur isti.*

In mundo duo sunt quæ nil abscondita præsent :

Fossus humi census, latitans sub pectore sensus.

*Et iterum alibi.*

Exitus acta probat, finis, non pugna, coronat.

*Et hic in Boetii opere philosophico.*

Explicat egregiæ memorandum dogma sapiæ,

Non Jovis hanc tactam generasset barba Minervam.

Hoc opus auctorem gustando sapit meliorem,

Sed rivum clausit qui fontem pneumatici hausit.

Dicamus læti : Requiescas, sancte Boethi,

**C** Qui bibliothecas vestisti lumine cæcas.

*Papienses aiunt illum morbo suo obiisse in ergastulo.*

*Idem Codex ms.*

*In opere Hieremiæ, Abdæ, Zachariæ, Malachiæ, et Abacuchi leguntur.*

Sors signatur in his populi partitio virgibus

Cornua regnorum signant hæc vim variorum,

Cives angelici sunt hi sub nomine fabri.

Impietas immersa malis monstratur iniquis.

Gentibus errorum deferitur summa malorum,

In quo quæstisti Jacob, quem semper amavi,

Est aries victus, victor supereminet hircus.

*Alibi isti.*

Rumor de veteri faciet ventura timeri.

Omnibus omnia non mea somnia dedere primum.

**D**

*qui cum coram vobis ferula mea reddita, et indulgentia mihi petita, singulis eligant. Valeat Regnum vestrum et imperium in Domino dominorum. Amen.* Neque enim dubito donum, de quo hic mentio, fuisse Burchardi primi; nisi quis velit referre ad Burchardum II, qui monasterii legitur thesaurum ditasse cappis, casulis, albis, palliis, libris, etc., qui cum Henrico Bavaro contra Saracenos in Campaniam profectus obiit, in Franckenmunster sepultus anno 1034, hoc epitaphio :

Angelicis comitatus ovans quæ sidera flammis,  
Præsulis vicem flammis Burchard gessit plebisque sanctæ,  
Celsithronum didicit precibus pulsare locum; em,  
Inditur ætheræ felix qua spiritus aule  
Transit, et altitarum gaudet modo visere regem.

<sup>b</sup> Tria prima præcepta Decalogi Dei, septem posteriora proximo servanda.

Dedecus est nulli decies os rodere pulli.

*In Hieronymo super Ezechielem.*

Bis septem libris Hieronymus Ezechielem  
Explanat bis quattuor hic lege posteriores.

Quos te difficile nimis explanasse fatetur.

*Ibidem.*

Ruben, et Simeon, Levi, Judam, Isacharque  
Cum Zabulon, Dinam generat Zia, Zetpha, Gat, Aser,  
Benjamin, et Joseph, Rachel, Bala, Neptalin, et Dan.

*De sancta Wyboroda sanctimoniali virgine prophetissa,  
martyre.*

Festum diem Wiboradæ

Virginis et martyris,  
Geminantem tripudium  
Cum coronis geminis,  
Una omnes veneramur  
Vocibus cum consonis.

Isthæc postquam diu vita  
Desudavit practica,  
Desiderans jam quieta  
Vacare theorica,  
Sedem sibi eligebat  
Clausulæ ergastula.

In qua perfruens sæpe  
Visione cœlica,  
Divinitus devastandam  
Ab Ungeris Alemanianam  
Suzæ quoque passionis  
Præcognovit gloriam.

Hujus passionis die  
Gratulamur annua,  
Postulemos unanimes  
Illius suffragia  
Mereatur consolari  
Ut nostra miseria;  
Amisæque diu lumen  
Reintrare patriæ,  
Quam lilio virginali  
Intraverat hodie  
Redimita, proprioque  
Roseata sanguine.

Quod dignare nobis, simplex  
Trinitas, concedere  
Ne pretium quod profluxit,  
Christe, tuo latere  
Annuletur jam redemptis  
Ad perenne vivere.

Divus P. N. Notkerus, inquit Metzlerus, edidit  
post Walefridum Vitam sancti Galli metricè in li-  
bris, de quo opere, quod hactenus non vidi, nisi  
pauca hæc, ea subjiciam. Notandum scripsisse Not-  
kerum nostrum stylo et modo dialogi, ubi quidem  
interlocutore usus est primo Hartmanno Juniore  
discipulo suo, sancti Udalrici postea præceptore,  
deinde reliquum cum Raperto Juniore patrie suo,  
Raperti autem senioris nepote, quem ipse quoque

A docuit, absolvit. Ut habet liber ms. ex quo sequen-  
tia a me sunt descripta (*Hæc Metzlerus*).

Ultima sæcli generate meta  
Vincis antiquos lyricos pœnas,  
Pindarum, Flaccum, reliquosque centum  
Carmine major.

Tu prophetarum celebres camœnas  
David, Isaïæ, parili decore  
Æmulans, a tempore sine laude nudum  
Schemate vestis.

Gesta tu Galli domini beati  
Pange, decanta, modulare, psalle,  
Munus hoc mandat tibi Christus auctor,  
Arripere lætus.

B Forsan et lassus titubas, vel erras,  
Curro festinans, celebrans levabo,  
Et pedes firmans teneros præibo  
Calle modesto.

Spiritus summi, Patris, atque Nati,  
Unctor, adjutor tibimet revolvat  
Quidquid est hujus memorare sancti  
Carmine dignum.

Chare quid linguam taciturnus ablis,  
Laudibus Galli neque lætus instas  
Cujus es victu spoliisque factus  
. . . . . Virilis.

Quid prodest temet studiis librorum,  
Tam brevis vitæ morulas dicasse,  
Corpus ac fractum macerasse tantum  
Si nihil audes?

C Sic ocellorum potiaris usu,  
Organo vocis careas nec unquam,  
Munus et gaudens manuum retentes,  
Scribe quod hortor.

Si times solus grave ferre pondus,  
Colla nec multum reprimantur arcta  
Fasce tam magno relevabo teinet:  
Psalle vicissim.

*Rescripta Hartmanni ad epistolam Notkeri sibi prola-  
tam.*

Quid est, Pater dulcissime,  
Strictum jubes quod currere  
Artis metrorum vinculis,  
Laxis timentem gressibus  
Instas procum certamine  
Jussu perurges jugiter,  
Nec passus ullam prolinus  
Cogis, moram, rescribere.

D Tecum jubes colludere,  
Dulci vicissim carmine,  
Cum vate tam prænobili  
Rudem poetam et rusticum.

Tauram cupis fortissimum  
Bucle tenelle jungere  
Vinumque mite disparis  
Gustu saporis tingere.

Si quid tamen tu virium

\* Videtur alludere ad aliquam historiam, quam Hartmannus scripsit, unde forte quod tribuit Hartmanno abbati ipsius.

Tractu pari remiseric,  
 Utcunque jam subdor jugo,  
 Nec ferre tamen renuo.  
 Adsit pii sanctissima  
 Galli Paris clementia  
 Mi jam tuis promptissime  
 J'issis volenti cedere.

*Principium libri secundi de Vita sancti Galli, quod  
 ideo ascribo, quod tantundem adhuc vidi.*

#### NOTKERUS.

Circuito longo vitans contingere limen  
 Quo caecat pariter dives, inopsque simul.  
 Ut cecinit sensu verax Horatius isto,  
 Cætera vitandus lubricus atque vagus.  
 Palida mors æquò pulsans pede, sive tabernas,  
 Aut regum turres: Vivite, ait, venio.  
 Ac veluti David sermone probatus et actu,  
 Quis mortis valvas effligiet patulas?  
 Galle, tuam mæstus congor describere mortem,  
 Quem cuperem nostris vivere temporibus.

#### HARTMANNUS.

Posco, magister	Non ego tanta,
Inclyte Nouter,	Tam puerilis,
Ultima Galli	Dogmata promam
Verba renarra.	Tam senis alti.

*Habes in hoc prototypo, oratione soluta, prolegomeni Notkeri in Vitam eisdem lectu dignissima, et sequentes versiculos:*

#### A

NOTKERUS.  
 Sidonius de Constantis quam nomine dicunt  
 Orbe, volens Gallum pellere sede sua,  
 Horribili sirepitu cunctas gallire coegit  
 Matres cum pullis, a quoque Gallenis.  
 E trabe concussa, seu sit qua silva movetur  
 Ad juvenum tremuli, seu tremuli folia.  
 Infrensens animo Callus, calcaribus illum  
 Percutit, ac miseri viscera fudit humi.  
 Ut perniciosam Asahel hasta gravis impulit Abner,  
 Aut Aoth Eglon interiora tulit.  
 Gallus ut ad culmen sedet, cantumque peregit,  
 Huic alacri famulæ garrulitate favent.  
 Ut Salomone pio in solio residente paterno  
 Nathan cum populis laudibus insonuit.

**B** *Ibidem sequitur origo nominis Constantia et Chronberg, quem Cornelium appellant per fibulas ibi repertas frequentatum, et Githerae.*

#### Et NOTKERUS.

Cumque pro Christo patriam, parentes,  
 Rura, cognatos, genus, et calucam  
 Gloriam mundi, simul abdicarent,  
 Pergere certant.  
 Corde lætantes, alacres et omnes,  
 Orbe jam toto celebrata sese  
 Cominus gaudent adhiisse terra  
 Plena salutis.  
*Lætera desunt.*

ANNO DOMINI DCXLVIII.

# SANCTUS THEODORUS,

ROMANUS PONTIFEX.

## NOTITIA HISTORICA IN S. THEODORUM.

(Mausi, Conc. ampl. Collectio.)

<sup>a</sup> Theodorus natione Græcus, ex patre Theodoro episcopo, de civitate Hierosolyma, <sup>b</sup> sedit annos sex,

menses quinque, dies decem et octo [viginti]. Hic fuit amator pauperum, largus, benignus super omnes,

#### NOTÆ SEVERINI BINII.

<sup>a</sup> *Theodorus.* Anno Christi redemptoris nostri 644, vigesima quinta mensis Novembris, Theodorus creatus est pontifex. Hujus exordio Pyrrhus Constantinopolitanæ urbis episcopus, ut laqueum, quem conscius veneficii Constantino imperatori allati meruerat, subterfugeret, in Africam sponte recessit: Constans imperator in locum hæretici Paulum æque Monothelitam subrogavit. Qui cum Orientalem Ecclesiam gravissime perturbaret, querelis Stephani Dorensis episcopi, aliorumque Orientalium hac de re ad sedem apostolicam interpositis, a Theodoro papa congregata synodo condemnatus est. Pyrrhus delatus in Africam inventi ibi Maximum abbatem et martyrem, habitaque cum eodem disputatione illa famosa, quam infra subiungimus, fidei veritatem et Monothelitarum hæresim et perfidiam cognovit, adeo ut inde Romam profectus, oblato ibidem libello pœnitentiæ, hæresim suam publice abnegavit, et cum titulo patriarchatus Constantinopolitani a Theodoro receptus fuerit. Quod

cum Africanis Ecclesiis innotuisset, habitis ibidem in Africa diversis conciliis, synodales miserunt ad Romanum pontificem, petentes ut is per suos apocrisiarios eisdem ad Paulum Constantinopolitanum episcopum transmitteret. Præstitit id pontifex sanctissimus, suasque addidit, quibus illum in fide orthodoxa instruxit: aliterque sententiam excommunicandum esse minatur. Paulus dum hæc Romani pontificis Africanorum et conciliorum epistolam accepisset, universam Occidentalem Ecclesiam adversus se commotam esse cognovit. Qua occasione magna cum fraude Constanti imperatori hæretico persuasit, ut edictum

(quod <sup>b</sup> *Sedit annos sex, menses v, dies x.* Theodorus papa anno Domini 649, qui est octavus Constantini imperatoris, ex hac vita migravit pridie Idus Maii. Quare oportet asserere eum annis septem, mensibus quinque et 20 diebus eadem apostolicam administrasse. Baronius ann. 649, n. 1.